



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Romanvm In Causa Sancti Adelberti Episcopi Pragensibus
restituendi celebratum, anno DCCCCXXCIX. tempore Ioannis papae XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
989.**CONCILIVM ROMANVM**

IN CAUSA SANCTI ADELBERTI EPISCOPI

Pragensibus restituendi celebratum, anno DCCCCXXCIX.
tempore Ioannis papæ XV.

NOTA.

^a *Concilium.*] Sanctus Adelbertus Pragensis episcopus cum Bohemos suos sibi valde contrarios esse experientia didicisset, secundum euangelicam sententiam eos deferens, anno Christi 983. sub Benedicto papa VII. Romam venerat, vt consensu Romani pontificis episcopatum dimitteret, sibi que ad loca sancta peregrinari liceret. Peracta peregrinatione Romam reuersus, monasterium sancti Bonifacii ingressus est; cumque in eo tamquam in palæstra Christi integro quinquennio se pugilem strenuissimum exhibuisset, Pragenses emendationem polliciti episcopum suum repetiuerunt, eaque de causa duos viros ad sedem apostolicam ablegarunt. Quos cum pontifex audiuisset, Conuentum hunc synodalem collegit, in quo post diligentem facti inquisitionem visum est sanctæ patrum congregationi, plane necessarium esse, vt episcopus ad pœnitentem populum redire cogatur, quantumvis ille reluctetur. Addidit pontifex hanc legem & conditionem: *Si audierint eum, teneant cum benedictione: si vero non audierint, absque periculo sui capitis malorum consortia declinet.* Sententiæ Concilii & imperio abbatis Adelbertus obtemperans, magno cum dolore plurimisque lacrymis ad episcopatum rediit. Qua ratione eundem episcopatum ob ingrauescentia populi peccata iterum deferuerit, quave occasione postea Hungarorum apostolus effectus Stephanum regem baptizauerit, refertur apud Surium in actis sancti Adelberti die 23. Aprilis tomo 2. & in vita Stephani Hungarorum regis apud eundem tom. 4. die 25. Augusti.

Causa
Concilii.Decretum
Concilii.Adelbertus
Hungarorum
apostolus.ANNO
CHRISTI
990.**CONCILIVM SILVANECTENSE,**QVO IVSSV ARNVLPHI RHEMENSIS
archiepiscopi Galliarum episcopi prædoni Rhemensis
ciuitatis anathema dixerunt, anno Domini DCCCCXC.
tempore Ioannis papæ XV.

NOTA.

^a *Concilium.*] Arnulphus Rhemensis archiepiscopus ab Hugone Francorum rege ad eam dignitatem promotus, venerat in suspicionem, quasi conscius foret illius proditionis, qua per presbyterum

Ocasio
Concilii.

Dd iij